

cis quidam hos versus obtulisset idem Lampridius refert quod hæc carmina quoque rescripsit.

*Pulchrū quod putas esse vestrū regē*

*Vulgari miserande de fauēlla*

*Si verum putas esse non irascor*

*Tātū tu comedas velim lepusculos*  
*Vt fias, animi malis repulsis*

*Pulcher, ne inuideas luore mentis.*

Cum igitur alimenta præcipuam habeant nutriendi facultatem, alimentis tribuenda est alimentatio, præterea nos nostras expensas quærimus, quæ in meliore effecta reperiuntur. Nec dubitandum est impendisse eum necessario, qui alimenta præstiterit, namque si hæc ipsa negasset, necesse videri potuisses. Ex iuris nostri dispositione instar eius qui prædia urbana vel rustica negligētia sua peiora effecit. Quanto peiora facta sunt estimatio ne facta damnatur. d. l. ei qui. §. fina. ff. de peti. hære. l. quod si nollit. §. si mancipiū. versic. culpam. l. cum autem. versic. re adhibetur. ff. de edili. ædicto. vbi glo. & Albericus, Tiraquel. de retract. lignagier in fin. num. 68. & num. 70. Cagnolus in. l. 2. C. de pact. inter empto. & vendit. quæst. 84. num. 239 Pinel. in. l. 2. C. de rescinden. vend. par. 2. cap. 3. num. 34. Ludouic. Molina in tract. de Hispano. primog. lib. 1. c. 27. num. 1. post Grego. Lop. in. l. 7. titu. 9. par. 6. & Petr. Peralt. in. l. 3. §. qui fidei commissi. à nu. 43. & 44. ff. de hæred. institu. De quo nobis agendum est adde quod in iure æquiparatur reparatio domus & alimentatio serui. dict. l. sed an vltro. versic. non autem negocia. §. 1. ff. de negocijs gestis, Nec tam subtilem & philosophicam inuestigationem forensis vsus recipere solet, pessimèq; alimenta præstare petenti obijcies de natura tam longam, tam difficilem, tamq; subtilem disputationem: planius forenses causæ agenda sunt, quamuis subtilissimè indagari debeant. \* vt enim inquit Martianus Iu-

risconsultus in. l. sicut re. §. si debitori. ff. quib. mod. pig. vel hypotheca soluatur.

*Hæc subtilitates à iudicibus non admittuntur.\**

Aliter aliud agēs soluit doctissimus Couarru. in regula peccatū. 2. par. §. 6. nume. 3. vbi ferè tenet tertiā solutionem de qua agimus cum glo. in d. l. 1. & in d. l. domū scilicet d. l. 1. habere locū in fure, in quo diuersa ratio est, & in alijs malæ fidei possessoribus, additq; rationē, scilicet, quod in poenam delicti priuentur impensis necessario factis, idque efficere iniuriosam rei alienæ occupationē, in alijs autē malæ fidei possessoribus, in quibus non reperiuntur violenta illa & iniuriosa cōrectatio rei alienæ conseruari impensas necessarias, quia etiā si mala fides reperiatur absit tamen violēta inuasio. Quæ solutio præter glo. prædictā est Bal. in d. l. 1. & sequitur præter eum Greg. Lop. in. l. 44. tit. 28. par. 3. & adiubatur ex eo quod adduxim⁹ ad. l. si seruus seruū. §. oliuā. ff. ad. l. aquil. c. 1. §. nu. 13. & ad d. l. si seruus seruum. sensit & tenuit hanc distinctionem idem dominus Fraciscus Sarmiēto d. l. 1. c. 10. nu. 33. vbi in fine testatur q̄ necessariæ expensæ seruātur prædoni, & adducit d. l. plationē. ff. de pet. hære. & est resolutio tollerabilis & iuri cōsona, mala enim fides prædatoris & furis lōge. alios effectus habet in iure, q̄ eius malæ fidei possessoris qui vel à fure causam habet. l. etiam si putauit. §. sed si quis sciens. ff. de peti. hæredi. Sed si quis sciens inquit Ulpianus alienam emerit hereditatem, quasi pro possessore possidet, & sic peti. ab eo hereditatē quidam putant, quā sententiam nō puto veram, nemo enim prædo est, qui prætium numerauit, sed vt emptor hereditatis utili tenetur: Vides igitur hic apertam differentiā, nāque hic etiā si malæ fidei possessor sit, quæ sciens hereditatē alienā emerit. Tamen hæc